



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

III. De hæreticis & schismaticis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

veritatis lumen illis aperire conentur; Ad quos sermo-
nes & lectiones volumus universos & singulos utriusque
sexus Iudæos à duodecim annis supra, infirmitate & alia
legitima causa, de qua ordinarios docere debeant, non
impeditos, in civitate & locis, ut præfertur, habitantes,
vel aliunde advenientes, etiam si inibi domicilium non
habent, ita per circuitum convenire, ut tertia saltem
eorum pars, nec unquam minor, semper adfit. Quod si
facere neglexerint, interdicti cum fidelibus commercii, &
aliis penis arbitrio ordinarii pro contumacia modo im-
ponendis, donec satisfecerint, competenter, ad ipsos ser-
mones audiendos compellantur. Si quis verò de nume-
ro fidelium ita fuerit salutis, aut sui, aut proximi sui, de
quo unicuique mandatum est, immemor, qui eos à salu-
taribus huiusmodi sermonibus seu lectionibus directè
vel indirectè abduxerit, aut impediverit, seu contenderit
quoquo modo, excommunicationis sententia sit eo ipso
ligatus, & contra eum ad alias penas ordinarii arbitrio
omnino procedatur. Ceterum Imperatorem, Regesq;
& Principes omnes, necnon Reipublicas, magistratus, &
dominos temporales seculares rogamus & obtestamur in
Domino, ut Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis
ordinariis prædictis, eorumq; vicariis & ministris suum in
præmissis auxilium præstent, amplissimum ab omnipo-
tenti Deo præmium in supremis gloria æterna taber-
naculis habituri.

tate captientium illorum esse volumus, in quibus con-
derint captivum. Volentes autem prædictis prædictis
tius providere, quanto amplius exigere volumus, quanto
gens necessitas dictæ terre, Apostolica auctoritate
mus, ut nullus omnino aliqui videlicet, aliquo ab
centennium à data præsentium constitutum, sit in
prædicta, ad aliquod seu aliquam de causâ, seu in
liber (videlicet sicut præmittitur) usque ad prædictum
tempus duntaxat exceptis) quacumque occasione vel modo
seu quovis ingenio, vel quavis colore, alio negotio
pore in Alexandriam, vel partes Ægypti, seu transi-
dano subiectas mittere vel deferre præmittitur, nisi
in eo fuerit, mittere vel deferre præmittitur, nisi
nimus eadem, ut si, qui contra huiusmodi prædictum
nostrum quolibet modo venire prædictas, prædictas
penas prædictas, quas ipso facto incurrere volumus, præ-
petuò sint infames, & intellexibiles habeantur, in quibus
nec testari, nec legari eorum, seu relictis perire volumus.
Et in super ad successiones tam ex testamento, quam
intestato sint profusus & redamur in hiis libellis, nec in
blica quolibet admittantur officio, & postquam huiusmodi
legitimi perpetuò interdicti, & postquam huiusmodi
temeritate constituti, diebus festis & dominis
blice nunciatur, & ad sicut bona omnia decernunt
Apud urbem veterem. 10. Cal. Septemb. 1149.

TITVLVS II.
DE HIS QVI INFIDELIBVS AD-
versus Christianos auxiliantur.

Nicolaus Quintus.
Excommunicantur arma & præfata quæcumq; ferentes Saraceni
& infidelibus in Christiana Republica perniciam & discrimen
tum gerunt, sicut ad scribitur bona.

CAP. I.

Lim tam in generali quàm in Lugdunensi post-
modum substituto concilio, per sedem Aposto-
licam celebratis, in illos falsos & impios Chri-
stianos, qui contra Deum & Christianum populum, Sa-
racenis ferrum, arma, quibus Christianos impugnent, &
signamina galearum, & aliorum vasorum navigabilium,
deferunt ad eos, & quicquid galeas vendunt, ac naves, qui-
que in pyratibus Saracenorum navibus curam gubernationis
exercent, vel in machinis & quibuslibet aliis, eis
impediunt auxilium, vel consilium, vel favorem, in Chri-
stianorum dispendium, & specialiter terre sanctæ: fuit
excommunicationis sententia promulgata, ipsosque re-
rum suarum privatione multati, & servos captientium
horæ censuram Concilia prædicta: expressè quoque in
ipsis præcipitur, ut talibus gremium non aperiantur Ec-
clesiæ, nisi tantum quod de commercio tam damnato per-
cepterint, & tantum de suo, in subsidium terræ memo-
rate præstiterint, ut æquo iudicio in quo deliquerit, pu-
niatur. Nos itaque gerentes corde negotia dictæ terre,
duximus hætenus statuendum, ut nullus equos, ferrum,
signamina, victualia, & alia quæq; mercionia in Ale-
xandriam, vel alia loca Saracenorum terra Ægypti de-
ferre vel mittere, seu partibus eorum, ut eisdem defe-
rantur, extrahere, vel extrahi permittere, aut consilium,
vel favorem præstare quo quomodo præsumat; ac illos,
qui contra huiusmodi constitutionem nostram ausu tem-
perario venire tentaverint, eo ipso excommunicationis
sententia decernimus subiacere, à qua non possit absolvi,
nisi tantum de bonis propriis in dictæ terre sanctæ sub-
sidium convertendum exsolverit, quantum ad partes
prædictas extulerit vel miserit, & deferre vel de ipsorum
partibus extrahi permiserit, ad eosdem deferendum. Et
nichilominus si personas eorum capi contigerit, in servi-

TITVLVS III.
DE HÆRETICIS ET SCHIS-
maticis.

Innocentius Quartus.
Leges Frederici Imperatoris in hæreticis prædictis, in
complices & fautores latè, possunt esse & ferri jure.

CAP. I.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei, dilectis
filiis potestatibus, consiliis, & communitatibus
aliorumque locorum Lombardiæ, Marchiæ
Vulturnæ, ac Romanolæ, salutem & Apostolicam ben-
dictionem.
Cum adversus hæreticam pravitatem quondam Fredericus
Romanorum Imperatoris promulgasset quædam
leges, per quas ne pervigetur, compelleret potestates
la: Nos illas volentes ad robur fidei ac salutem huiusmodi
observari, & veritatis vestra per Apostolicam scripturam
datamus, quatenus eas, quantum amoris vobis immo-
niferos præsentibus, faciat singulis in vestris capitulis
bus annotari, contra hæreticos & schismaticos
eas exacta diligentia processuri: alioquin dictæ
Priori Provinciali & fratribus Inquisitionis hanc
pravitatis ordinis Prædicatorum in Lombardia, Marchiæ
Tervisana, & Romanolæ litteris nostris in unum servatis
ad id per excommunicationem in persona & commu-
nitatem in terram appellatione remota compellatur: nos
res autem legum hi sunt.
Fredericus Dei gratia Romanorum Imperatoris, &
per Augustus, Hierusalem & Sicilia Rex, dilectis
pibus suis, venerabilibus Archiepiscopis, Episcopis, &
que Prælatibus Ecclesiæ, Ducibus, Marchionibus, &
mitibus, Baronibus, Potestatibus, & ceteris, &
Advocatis, Iudicibus, Ministris libris, & ceteris
mnibus per totum Imperium constitutis, præsentibus
ras in aspectibus fidelibus suis, gratiam, laudem & cons-
bonum.
Commisi nobis coelestis cura regimini, & impendit
cui dante Domino præfidentes, diligenter diligenter
teriale, quo divinum à hæreticorum & schismaticorum
adversus hostes fidei & in excommunicationem hæreticorum
tatis exigunt exercendum, ut perinde viperam hanc
contra Deum & Ecclesiam in hac terræ quædam

ueri corrosiores in iudicio & iustitia persequamur, maleficos vivere non passuri, per quorum scientiam feducem mundus inficitur, & in gregem fidelium per oves has morbidas graviter infigitur corruptela.

Statuimus itaque facientes, ut hæretici, quocunque nomine censeantur, ubicunque per Imperium damnati fuerint ab Ecclesia, & seculari iudicio assignati, animadversione debita puniantur.

Si qui verò de prædictis postquam fuerint deprehensi, teriti metu mortis redire voluerint ad fidei unitatem, iuxta canonicas sanctiones ad agendum penitentiam in perpetuum carcerem detendantur. Præterea quicunque hæretici reperti fuerint in civitatibus, oppidis, seu aliis locis Imperii, per inquisitores ab Apostolica sede datos, & alios orthodoxæ fidei zelatores; hi qui jurisdictionem ibidem habuerint, ad inquisitionem & aliorum catholicorum virorum infirmationem eos capere teneantur, & eos captos archibus custodire, donec per censuram Ecclesiasticam damnatos, damnabili morte perimant, qui fidei sacramenta de vitæ damnabunt. Simili quoque poena plebi censemus omnes, quos ad fovendum hæreticorum errorem callidus hostis suscitavit advocatos, vel parat illicitos defensores; maxime cum sciamus quod inquisitores nisi monitione præmissa destiterint, & eorum vitæ duxerint consulendum. Eos præterea qui convulsi in uno loco de hæresi, ad alia loca se transferunt, ut cautius possint effundere vitæ hæreticæ pravitatis, debitam censuram subire vindictam: ut super hoc viros ab eodem errore conversos ad fidem, necnon & per alios, qui eos de hæresi convicerunt (quod & in hoc casu concedimus licite faciendum) evidens testimonium habeatur. Item mortis sententiam decimus addicendos, si quos hæreticorum ad iudicium tractos, in extreme vitæ periculo hæresim abjurantes, postmodum de falso juramento confiteri, & fidei mentita convinci ac eos contigerit ejusdem morbi spontaneam incurere recidivam: ut sibi damnabilis iniquitas sit mentita, & poenam debitam mendacium non evadat. Omne insuper proclamationis & appellationis beneficium, ab hæreticis, receptoribus, & fautoribus eorumdem penitus amovemus: volentes ut de finibus Imperii in quibus semper debet existere fides, hæreticæ labris germinis, modis omnibus deleantur.

Ceterum quis quantum maiora divina nutu miseracionis accepimus, & altiore locum præ filii hominum obtinemus, tanto devotiora debemus obsequia gratitudinis conferent, si quando in nostri nominis contemptores nostri culmine excederit auctoritas; si reos læsæ majestatis, in personarum & liberorum suorum ex heredatione damnamus, multo fortius istiusque contra Dei blasphematores nominis & catholice fidei detractores provocamur: eorandem hæreticorum, receptorum, fautorum, & advocatorum suorum hæreses & poteros usque ad secundam progeniem, beneficiis cunctis temporalibus, publicis officiis & honoribus, imperiali auctoritate privantes: ut in paterni memoria criminis continuo memore tabescant: vere ferientes quod Deus zelotes est, peccata patrum in filios porrenter ulciscens. Nec quidem a misericordie finibus duximus excludendum, ut si qui patere hæresis non secus, & latentem naturam perfidiam revelaverint, quocunque reus illorum animadversione plebantur, prædictæ punitioni non subiacent innocenti filiorum. Ad hæc notum fieri volumus fratres Prædicatores de ordine Prædicatorum, pro fidei negotio in partibus Imperii nostri contra hæreticos deputatos, ceteros quoque qui ad hæreticos iudicandos acceptaverint, nisi aliqui eorum ab Imperio fuerint prescripti, eundo, morando, & redeundo, sub nostri Imperii specialis defensione receptos, & quos apud omnes sub ope, ac recommendatione fidelium Imperii esse volumus inoffensos: universitati vestre mandantes, quatenus quocunque, & apud quemcunque vestram pervenerint, beni-

gnè recipiatis eisdem: & personas ab incurfu hæreticorum eis indignantium conservantes indemnes, omne consilium, ducatum, & auxilium impendatis, pro tam acceptis coram Deo negotiis exsequendis. Hæreticos verò, quod & offenderint ipsi vobis, in jurisdictione vestra singuli capientes, diligenti custodia destinandos, donec post Ecclesiasticæ damnationis iudicium, poenam subeant, quam mereantur: Scituri quod in executione ipsius negotii gratum Deo, & laudabile nobis obsequium conferetis, si ad expellendam de partibus nostri Imperii novam & insolitam hæreticæ pravitatis infamiam, opem & operam, una cum eisdem fratribus præstitueritis efficacem. Et si quis foret exinde negligens & remissus, ac etiam inutilis coram Domino, & in conspectu nostro, poterit merito culpabilis apparere. Dat. Paduz 22. Feb. 12. Indict.

Idem universis Christi fidelibus.

Excommunicantur nonnulli hæreticis sunt, Cathari, Patrensi, pauperes de Lugduno, Passagini, Iosepini, Arnaldisti, Speronisti, & ceteri, singulari opinione in Ecclesiam catholicam pertinaces.

CAP. II.

NOVERIT universitas vestra, quod nos ad instar felicis record. Gregorii Pape prædecessoris nostri, excommunicamus & anathematizamus universos hæreticos, Catharos, Patrenos, Pauperes de Lugduno, Passaginos, Iosepinos, Arnaldistas, Speronistas, & alios quibuscunque hominibus censeantur, facies quidem habentes diversas, sed caudas ad invicem colligatas, quia de vanitate conveniunt in idipsum. Damnativo per Ecclesiam seculari iudicio relinquuntur, animadversione debita puniendi: clericis prius a suis ordinibus degradatis. Si qui autem de prædictis, postquam fuerint deprehensi, redire noluerint, ad agendum condignam penitentiam in perpetuum carcerem detendantur. Credentes autem eorum erroribus, hæreticos similiter iudicamus. Item receptores, defensores, & fautores hæreticorum, excommunicationis sententiam decernimus subiacere, firmam statuimus, ut si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, a sua super hoc non curaverit præsumptione cessare, ipso iure sit factus infamis, nec ad publicæ officia seu consilia nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi nec ad testimonium admittatur. Sit etiam infestabilis, ut nec testamenti habeat facionem, nec ad hereditatis successorem accedat. Nullus præterea ipsi super quocunque negotio, sed ipse aliis respondere cogatur. Qui si forte iudex extiterit, ejus sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad ejus audentiam perferantur. Si fuerit advocatus, ejus patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius penitus sint momenti, & in similibus idem præcipimus observari. Si verò clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur. Si qui autem tales, postquam ab Ecclesia fuerint denotati, evitare contempserint, excommunicationis sententiam percillantur, alias animadversione debita puniendi. Qui autem inventi fuerint sola suspitione notabiles, nisi iuxta considerationem suspitionis, qualiterque personæ propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, anathematizati gladio sentiantur, & usque ad satisfactionem condignam ab omnibus evitentur: ita quod si per annum in excommunicatione persistierint, ex tunc velut hæretici condemnentur. Item proclamationes & appellationes huiusmodi personarum minime audiantur. Item iudices, advocati, & notarii nulli eorum officium suum impendant, alioquin eodem officio perpetuo sint privati. Item, clerici non exhibeant huiusmodi peccatis Ecclesiasticæ sacramenta: nec elemosinas aut oblationes eorum accipiant. Similiter Hospitalarii & Templarii, ac quilibet regulares, alioquin suo privetur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto sedis Apostolicæ specialis. Item quicumque tales præsumperint Ecclesia-

licet tradere sepulture, usque ad satisfactionem idoneam, excommunicationis sententia se noverit subiacere, nec abolitionis beneficium mereatur, nisi propriis manibus publice extumescens & projiciat hujusmodi corpora damnatorum, & locus ille perpetuo careat sepultura. Item firmiter inhibemus, ne cuiquam laice personae liceat publice vel privatim de fide catholica disputare: qui vero contra fecerit excommunicationis laqueo innodetur. Item, si quis haereticos fuerit, vel aliquos occulta conventicula celebrantes, seu à communi conversatione fidelium vita & moribus diffidentes, eos studeat indicari confessori suo, vel alii per quem credat ad praesentem sui notitiam pervenire, alioquin excommunicationis sententia percillantur. Haeretici autem & receptatores, defensores, & fautores eorum, ipsorumque filii usque ad secundam generationem ad nullum Ecclesiasticum beneficium seu officium admittantur. Quod si locus ad id fuerit, decernimus irritum & inane. Nos enim praedictos & quoscunque viros Ecclesiasticos, qui ad preces hujusmodi pestilentium personarum dignitates, personatus, & alia quaecunque Ecclesiastica beneficia sunt adepti, ex nunc privamus taliter acquisitis, volentes ut tales & habiti perpetuo careant, & ad alia vel similia nequaquam in posterum admittantur. Hortum autem filiorum emancipationem nullius esse momenti volumus, quorum parentes post emancipationem hujusmodi ad invicem superstitionis haereticæ & via declinasse constiterit veritate. Datum Anagnini 17. Cal. Jul. Anno 11. Pontificatus nostri.

IMPERATOR FREDERICVS

semper Augustus, &c.

Patrenorum receptatores, & complices, & quocunque modo fautores, qui ut à poena alios possint eximere, de se velut improvidi non formidant, publicatis bonis omnibus relegandos in perpetuum esse censuimus. Et ipsorum filii ad honores aliquos nullatenus admittantur. Si tamen aliquis fautorum hujusmodi detexerit aliquem Patrenum, de cuius perfidia manifestè probatur, in fidei premium quam agnovit, fame pristina de Imperiali clementia restitutionis beneficium integrum consequatur.

INCIPIUNT CAPITVLA CONSTITVTIONIS

contra Patrenos edita per eundem Fredericum, illustrem virum, Romanorum Imperatorem semper Augustum, Hierusalem & Sicilia Regem.

Catharos, Patrenos, Speronistas, Leonistas, Arnaldistas, Circumcisos, Passaginos, Iosepinos, Garrentes, Albanenses, Franciscos, Bagnarios, Commixtos, Valdeneses, Roncarolos, Communellos, Vvarinos, & Orholinos, cum illis de Aquanig. & omnes haereticos utriusque sexus quocunque nomine censentur, perpetua damnamus infamia, diffidamus atque bannimus, censentes ut bonalium confiscentur, nec ad eos ulterius revertantur: ita quod filii eorum ad successionem pervenire non possint, cum longè sit gravior aeternam, quam temporalem offendere maiestatem. Qui autem inventi fuerint sola suspitione notabiles, nisi ad mandatum Ecclesiae, iuxta considerationem suspitionis, qualitate personae, propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, tanquam infames & banniti ab omnibus habeantur: ita quod si per annum permanserint, ex tunc eos fidei haereticos condemnamus. Statuimus etiam hoc edito in perpetuum valituro, ut potestates, & consules, seu rectores, quibuscunque fungantur officii, pro defensione fidei praesentem publicum iuramentum, quod de terris suarum aditioni subiectis universos haereticos ab Ecclesia denotatos, bona fide pro viribus exterminare studebant: ita quod amodò quandoque, quis fuerit in perpetuum potestatem, vel temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum

luni iuramento firmare: alioquin reus pro portione, neque pro consiliis, seu consiliis libere deponatur, neque sententias ex tunc decernimus irritas habere. Item, si verò dominus temporalis requisitus & monitus ad Ecclesiam, terram suam purgare neglecterit, haereticos, qui in territorio suo, post annum à tempore monitionis elapsi, terram ipsius exponimus catholicis occupandos: quos cum exterminatis haereticis abique ulla contradictione possideant, & in fidei puritate conservent: salvo tamen de iure temporalis: dummodo super hoc nullam partem obsequium, nec aliquod impedimentum opponat: cetera nihilominus lege servata, contra eos qui non habent dominos principales. Credentes praeterea, receptatores, defensores, & fautores haereticorum bannimus: obsequium, ut si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, satisfacere contempserit, in auctoritate ipsius iure sit factus infamis, & ad publicam officii confilia, vel ad aliquos eligendos hujusmodi, nec ad firmum admittatur. Si etiam in ecclesia, aut in stabiliamenti liberam habeat fiduciam: nec ad hanc fiduciam accessum accedat. Nullus ergo praeterea super negotio, sed ipse alius responderet cogitur. Quod iudex exiterit, eius sententiam nullam obsequium, nec causa aliqua ad eius auctoritatem pertinet. Si fuerit advocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, eius instrumenta coacti per annum ipsius nullius penitus sint momenti. Adiciamus quoque, quod haereticus per haereticum convino possit: & quod domus Patrenorum, receptatorum, defensorum, & fautorum, sive ubi docuerint, sive ubi in manus venerint, destruantur, nullo tempore reaedificentur. Datum Paduae 22. Feb. 11. indictione.

Rex Regum, Apostolice fidei catholicae praesentis aeternae, insequimur ultionibus, bonis suis omnino privamus. Et ut à professione vel vita nostramque signibus coarctamus. Successiones rollimus, etiam in domibus legitimam abdicamus. Dat. Perusii 11. Cal. Novemb. Pontificatus nostri An. 2.

ALIUD RESCRIPTVM FREDE-

rici in haereticos.

Non solum tuncam Dei nostri diffidere conatibus haereticis, & vocabuli inio servientes, quod significationem divisionis enunciat, in ipsius indubitanter fiduciam nituntur inducere sectionem: & ves à Perusina dia cui patens à pastore bonofius creditur, & quodam di frant lupi rapaces intrinsecus eos usque, manifeste praetendentes ovium, quocunque ovie possint, sed etiam dominicum. Hi sunt angeli pestilium: Hi sunt illi parvulorum à patre nequitiæ & fraudis auctoritas de quibus simplices desinat. Hi colubus qui columbas de quibus hi serpentes qui latenter videtur anteperere, & in illis dulcedine virtus vomere: ut vix cibum munditiam se simulent, à cauda feriant, & mortis poenitentiam quoddam dirisimum venenum immittunt. Hoc venenum veteribus: vel ne in publicum prodesset, non tam nocent nominibus: vel quod est forte nefas, in hoc veneno conatibus ut vel ab Arrio Ariani, vel à Nestore Nestoriani, aut similibus similes nuncupentur: sed in exemplum Praetorum qui pro fide catholica martyria subierunt, Praetorum nos se nominant, velut expositos passioni. Praetorum miser Patreni à quibus abest facta credulitas obsequii aeternae, sub uno contextu nequitiæ in illis vixit, sed fundunt: Demum videlicet, proximos & Geoplos. Demum dum Dei fidem & filium non agnoscunt, demum proximos, dum ipsis sub spe spiritualis alimentum, veritatis oblectamenta ministrant. Credentes tamen pravitatis oblectamenta ministrant. Credentes tamen faviunt in seiplos, dum post amaram dispersionem corpora denique severa mox illis occurrunt, quae per recognitionem veram & vix fidei possent erant, & quod digi & necis improviati scitatorum involvant, & quod

est ipso dicitur dirisissimum) superstities etiam non terrentur exemplo.

Contra tales sibi, Deo, & hominibus sic insectos, contere non possumus motus nostros, quin debita ultionis in eos gladium exeramus: tunc ipsos instantius persequentes, quando in evidentiorum delationem hinc Christianæ, prope Romanam Ecclesiam, qua caput Ecclesiarum omnium iudicatur, superstitionis suæ scelera latius exercere nesciant. Adeo quod ab Italicis finibus, præsertim a partibus Lombardiæ, in quibus pro certo perperdidimus ipsorum nequitiam latius abundare; jamque usque ad regnum nostrum Siciliæ, suæ perfidiæ rivales derivant.

Quod acerbissimum reparantes, statim in primis, ut crimen hæreticos, & damnatæ scilicet conjulibet, quocumque nomine censentur sectatores, (prout veteribus legibus est indictum) inter publica crimina numerentur: imo crimine læsæ majestatis nostræ debet ab omnibus horribilius judicari, quod in divinæ majestatis injuriam noscitur attentatum, quamvis iudicii potestate alterum alteri non excellat. Nam sicuti per duellionis crimem personas admittit damnatorum, & bona, & damnat post obitum memoriam defunctorum: sic & in prædicto crimine, quo Patarieni notantur, per omnia volumus observari.

Et ut ipsorum nequitia, qui (quia Dominum non sequuntur) in tenebris ambulat, detegatur: nemine etiam deferente investigari volumus diligenter hujusmodi scelera patratores, & per officiales nostros, sicut & alios malefactores inquiri, ac inquisitione notatos, et si levis suffusionis argumento tangantur, à viris Ecclesiasticis, & prælati examinari jubemus. Per quos si inventi fuerint à fide catholica saltem in articulo deviare, ac per ipsos pastoralis more communiti, tenebrosi diaboli scilicet insidias, noluerint agnoscere Deû lucis, sed in erroris concepta insania perseverent, præsentis nostræ legis dicto damnatos mortem pati Patarienos, aliosque hæreticos quocumque nomine censentur, decernimus, quam affectant: ut vivi in conspectu hominum comburantur, flammarum commissi iudicio. Nec dolemus quod in hoc ipsorum satisfactum voluntati, ex quo penam solummodo, nec fructum alium consequuntur erroris. Apud nos pro talibus nemo intervenire presumat: quod qui fecerint ipsorum nostræ indignationis aculeos non immunitio convertentur. Dat. Paduæ 22. Feb. 12. Indicti.

Vrbanus IV. Inquisitoribus ordinis Prædic. in Prov. Lombardiæ, Marchiæ, Januæ.

Mjurantes hæresim, & resistentes excipiuntur.

CAP. III.

Quod hæretica læbe penitus abjurata redire voluerint ad Ecclesiasticam unitatem, eis juxta formam Ecclesiæ abolitionis beneficium impendatis & injungatis eisdem quod injungi talibus consuevit, proviso solerter, ne simulata conversione redeant fraudulenter, & vos, imò potius seipso fallentes, sub agni specie gerant lupum.

Quod si aliqui fuerint iudicandi hæretici vel incarcerationis poena perpetua alicui pro hujusmodi crimine fuerit infligenda, ad id per vos de dioecesanorum, vel vicariorum suorum, si ipsi dioecesanis absentibus præsentibus fuerint, consilio pro cedatur: ut in tanta animadversionis iudicio non postponenda Pontificum auctoritas intercedat. Verum quia in tam gravi crimine cum multa oportet cautela procedi, ut in reos sine ullo profatur errore datur ac dignæ severitas ultionis, volumus & mandamus, ut vos vel illi, quos ad hoc duxeritis deputandos in examinatione testium, quos recipi super crimine prædicto, ipsorumque contingitibus oportuerit, adhibeatis duas religiofas & discretas personas, in quarum præsentia per publicam, si commodè potest haberi,

personam, aut per duos viros idoneos, fideliter eorundem depositiones testium conscribantur. Ad conscribendas quoque hujusmodi depositiones testium, & ad faciendam omnem, que in commissio vobis officio, ad scribendam seu tabellionis officium pertinet, teneri districte precipimus, cum per vos, seu deputatos ad hoc à vobis requisiti fuerint omnes & singulos vestri ordinis fratres, qui dum essent, in seculo hujusmodi tabellionatus officium habuisse & exercuisse noscuntur: & illos etiam, quibus idem tabellionatus officium, ratione præfati negotii fidei, fuit à dicta sede commissum, & in posterum committetur. Datum Viterbi 13. Cal. April. Pontificatus nostri Anno primo.

Ioannes XIII. Inquisitori hæreticæ pravitatis F. Lamberto de ord. Prædic.

Fædera cum hæreticis vicia damnantur & prohibentur.

CAP. IV.

Ubi nonnulli de provincia nostra Romandioli, tam Clerici quam laici, Deum & Romanam matrem Ecclesiam offendere, seque in precipitium damnationis & mortis immergere non verentes, adeo favere & favisse dicuntur damnatis hæreticis, confederationes, ligas, & societates in eundo cum ipsis, eosque; receptando, & sibi præstando multipliciter auxilia, consilia & favores, quod de læbe hæresis se reddiderunt, & reddunt vehementer suspectos: Nos tam ipsorum quam multorum aliorum peniculis, & præmissis imminentibus obviare salubriter cupientes: discretioni tuæ per Apost. scripta mandamus, quatenus contra factores hujusmodi, & alios quolibet, de crimine pravitatis hæreticæ culpabiles, vel suspectos, sic soletur secundum formam canonum, ac privilegiorum concessorum inquisitionis officio, procedere non postponas, quod inde debeat tua diligentia merito commendari. Datum Avinion. 12. Calend. Septemb. Pontificatus nostri Anno 10.

Honorius IV. Calgano de Eugubio ord. minorum, Inquisitori hæret. pravitatis.

Fili hæreticorum inhabiles suis ad officia, ob paterni flagitii lætam quam contraxerunt videntur.

CAP. V.

Exhibita nobis dilecti filii Archioni militis nati quondam Philippi dicti Palmerii militis Spoletani. primò continebat, quod olim significantibus felicis recordationis Alexandro Papæ prædecessori nostro inquisitoribus pravitatis hæreticæ per Italiam deputatis, quod frequenter à sede Apostolica committebatur eisdem, ut tam hæreticos credentes, factores, & receptatores hæreticorum quam ipsorum filios & nepotes privandi dioecesanis de dioecesanorum vel eis absentibus vicariorum suorum consilio haberent liberam potestatem, & qualiter hoc deberet intelligi, postulantibus declarari, præfatus prædecessor eisdem Inquisitoribus per suas dixit literas respondendum, quod de filiis & nepotibus illorum hæreticorum credentium & aliorum hujusmodi qui modo tales esse probantur intelligendum esse videbatur, non autem illorum quos emendatos esse constaret, ac pro culpa hujusmodi ad mandatum Ecclesiæ penitentiam recepisse, quam ipsi vel jam perfererant, vel humiliter prosecutioni ejus inflarent, vel parati fuerant dum viverent ad recipiendum eandem. Verum licet Inquisitor pravitatis hujusmodi, tunc in partibus illis per sedem Apostolicam deputatus, memoratum Philippum qui sibi confessus extitit, quod cuidam hæretico reverentiam fecerat, quendam contra fidem profendo catholicam, privaverit bonis suis, ac idem Philippus injunctam sibi propter hoc ab eodem Inquisitore penitentiam perfereret reverenter, ac tandem sicut verè catholicus receptis Ecclesiasticis sacramentis viam fuerit

universæ carnis ingressus, & ab Inquisitore prefato etiam absolutus, tamen potestas, consilium, & commune Spoletan. dictum Archionum ejusque filios occasione præmissorum ad officia civitatis Spolet. pro sua recusant admittere voluntate. Quare prælibatus Archionus nobis humiliter supplicavit, ut nos misericorditer attendentes, quod idem Philippus sicut præmittitur, tanquam verè catholicus & fidelis Ecclesiæ Roman. decessit, eundem Archionum & filios ejus decerneremus iuxta præmissum ejusdem prædecessoris responsum in aliquo puniri occasione hujusmodi non debere: sed eos ad omnia secularia officia & beneficia Ecclesiastica & dignitates, ac ad omnes ordines impedimento hujusmodi non obstant potius admittendos. Quia igitur de facto hominis & eius circumstantiis habere poteris notitiam pleniorē: Nos gerentes de circumspicione tua fiduciam in Domino specialē, presentium tibi auctoritate committimus & mandamus, ut si diligenti inquisitione præmissa, prædicta invenieris veritate fulciri, & tibi etiam confiterit quod præfati Archionus & filii non sint de hæretica pravitatis suspecti, & in fidelitate ac devotione Ecclesiæ prædictæ persistant, super quibus omnibus tuam intendimus conscientiam onerare, auctoritate nostra denuntias & declares, quod propter præmissa vel eorum occasione nihil eis possit obijci vel opponi, quin ad omnia secularia officia & beneficia Ecclesiastica, etiam si dignitates existant, illis non obstantibus, assumilibere valeant, & hi qui literati esse noscuntur, ad omnes ordines promoveri, prout secundum Deum & honorem catholice fidei videris expedire. Quicquid autem super his invenieris & duxeris faciendum, nobis per tuas patentes literas harum seriem continentes fideliter studas intimare. Datum Rom. apud S. Sabinam, Cal. Decemb. Pontificatus nostri anno secundo.

Alexander I V.

Solvitur quædam dubia circa discussiones & decisiones causarum fidei, & hæresis penus.

CAP. VI.

Alexander Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis fratibus ordinis Minorum, Inquisitoribus hæreticæ pravitatis in administratione sancti Francisci, presentibus ac futuris, salutem & Apostolicam benedictionem.

Quod super nonnullis quæstionum articulis, in quibus causa fidei tangitur, nos consulere voluistis, sollicitudinis vestre prudentiam in Domino commendamus.

Primus igitur vestre consultationis articulus continebat, utrum dici debeat relapsus in hæresim qui lapsus est in eam post abjuratorem ipsius, in qua non invenitur antea commissio, cum secundum proprietatem verborum, non videatur relapsus, qui non fuerat ante lapsus. Ad quod taliter respondemus, quod talis, si tantquam accusatus vel suspectus de hæresi eam in iudicio abjuravit, & postea committit in ipsa, confiteri debet quodam juris fictione relapsus, licet ante abjuratorem suam plenè probatum non fuerit crimen hæresis contra ipsum, dummodo hujusmodi prius orta suspicio violenta fuerit, & certis ac veris indicis comprobata. Si verò levis & modica, quanquam ex hoc sit gravius puniendus, relapsorum tamē in hæresim non debet pena puniri, ex quo præsumi non potest verisimiliter ante lapsus in eam.

Quæstio vis etiam circa idem, si is qui hæresim abjuravit, & per solam inexcusabilem receptionem vel receptionem hæreticorum, sive dationem vel missionem munerum, aut deductionem seu associationem, vel visitationem hæreticorum, sive dationem vel missionem suam, aut etiam aliis in favorem eorum, qui excusari non possit, sine adoratione tamen (ut verbis vestris

uram) lapsus est postmodum, propter hoc non potest dici relapsus. Et quidem si legitur continetur, quod etiam nunc confiteret, quod tales ante abjuratorem receptionem in hæresi commississent, non est dubium, quin hoc fuisse relapsos: qui tunc dubitationem dicitur, illi ex approbati a se prius erroris consequentibus esse.

Præterea nonnulli talium, ut propositum, præmittunt Inquisitoribus tam de re quam de aliis super fidei hæresis veritatem dicere, sed perjurant, non odio erroris vel peccati, sed timore sui potius & favore: corrigunt autem se postmodum super his contra se et alios non simpliciter deponendo. Cum itaque perjurant secundum veritatem etiam post penitentiam in criminalibus rebus non compellatur; hinc queritur utrum procedendum super taliter respondemus, quod cum crimen hæresim sit exceptum, si ex manifestis indicis apparet, vel ex animi levitate aut odii fomite ductus, seu ex utraque circumstantia, sed zelo fidei tanquam penitentem propter culpam afferere, quod talia prius tractantur, & vultus eorum suum corrigere, ac alios nominari, debent in favorem fidei, nisi aliud obstitere, attendendum eorumdem.

Ad illud autem quod queritur, utrum ad Inquisitoribus hæresis pertineat de divinationibus & sortilegiis, contra aliquos sibi denunciantur cognoscere, ut patet talia exercentes: brevis respondetur, quod cum occupationibus fidei, quod summe privilegium cuius, per occupationes alias non debeat impediri, Inquisitoribus illis, nisi manifeste saperent hæresim, ratione hujusmodi officii sibi commissi, se nullatenus intromittant, sed relinquant suis iudicibus potestati debita castigare.

Quidam insuper (ut adijcitur) pro his qui commiserunt, in hæresi astringunt se Inquisitoribus sub obligatione honorum suorum, ad recipiendum ab eis penitentiam & complendam: sed ea licet iniqua, non tam peracta, quin potius in toto vel in parte negata dantur. Queritur ergo, utrum Inquisitoribus ipsi, vel eorum locum succedant, possint ad satisfactionem ipsorum ipsi defunctis, hæredes vel de herede bonorum, si de hereditate coarctare. Ad quod dicimus, quod si per Inquisitoribus penitentiam aliquod onus ad fulcra præbens in ipsorum fuerit, in bonis temporalibus contentum, ad complementum ipsius per Inquisitoribus, bene hæredes, vel alii ad quos bona talium cum illis re devenerunt.

Injungitur etiam aliquibus ad potestatem, in penitentiam pro hæresi ab ipsius peccatis Inquisitoribus, ut utrumque observant, ad quod obligaverunt in iudicio Ecclesiæ. In quo queritur, utrum Inquisitoribus ipsi, vel qui succedunt in locum eorum, ad respondendum coram se responderentibus de usuris hujusmodi, & ad restitutionem eorum, si de ipsis confiterent, possint compelli ad penitentiam, prout ab eis in aliis in quibusdam articulis præmissis fieri consuevit. Ad quod respondemus, quod non debent super usuris moram, contra tales iudicialiter non debent audiri ab Inquisitoribus hæresis, nec decerni. Nolentes quod per causas hujusmodi offensivum situm negotiorum, præparetur: eos tamen ad restitutionem adhortari, de quibus confiterent, compellere poterunt, quibus in satisfactionem pro prædicto crimine hujusmodi penitentiam in penitentia iniungatur.

Sunt & alii, qui confessi sunt in iudicio de hæresi, sed tamen Inquisitoribus hujusmodi pravitatis, sed tamen quibus in iudicio penitentiam, decesserunt. Super quo queritur, si hæredes talium compelli possint ab Inquisitoribus, ut ad ipsorum arbitrium vivere, ad satisfactionem præcipue cum illis eam viderent, ad satisfactionem penitentiam, quam Inquisitoribus eis vellet impingere. Bonam suam Inquisitoribus obligant, cui quæstio de satisfactione respondendum, quod postquam tales non decesserunt.

Relapsus dicitur qui in hæresi abjuratam vel in aliam nostram lapsus, & si de hæresi penitentem.

hæretici, sed in corporati potius Ecclesie unitati, non vidimus quod eis post mortem, vel eorum hæredibus, qui ad successorem talem admittuntur, sit satisfactio pro extincto jam crimine in iungenda. In eo vero casu, in quo hæreses huiusmodi ad successorem non deberent ob culpam sui actoris admitti, non obstante quod a floribus ipsi viventibus, hoc non fuerit intercedente ipsorum morte per sententiam declaratum, ad confiscationem bonorum post mortem nihilominus procedatur.

Adiectis præterea, negotium seu officium inquisitionis contra hæreticos dilecto filio Priori fratrum Prædicatorum Parisien. à sede Apostol. fuisse sub ea forma commissum, ut idem super hoc posset inquirere, tam perse, quam per alios, quos ad hoc idoneos reputaret: in quo quaritur, utrum tales delegati existant, & quot possint etiam sic eligi. Super quo taliter duximus ordinandum, quod idem Prior possit res vel quatuor idoneos ad hoc opus assumere, qui parum cum ipso habeant potestatem, & amovere illos, a ceterorum loco alios substituere, quotiescunque videat expedire: ipsi tamen priori, & aliis sic assumptis committendi sunt citationes, & examinationes eius inquirat, ac denunciationis sententiam, quas super his contra quoslibet contigerit ferri, & iis similia faciendi concedat ab eadem sede facultas.

Quæstioni vero qua quaritur, utrum constitutus in factis, deprehensus in hæresi, & propter hoc immurandus perpetuo, prius sit ab ordinibus à suo Episcopo degradandus, antequam tradatur huiusmodi penitentia. Respondemus, quod talis qui est perpetuo immurandus, prius debet à suis ordinibus degradari.

Nonnulli quoque clerici, & quod est deterius, sacerdotes prætextu penurie, vel aliquid servitii temporalis, inveniuntur aliquando inquisitionis impedire negotium, intrudendo citatos hæreticorum credentes de celanda veritate, falsitate dicenda, vel eos in dicitur liberando: de quibus queritur, utrum Inquisitores possint tales capere, ac etiam retinere, aut quod sic accepta restituant, coarctate. Dubium itaque non videtur, quod si quos constat exercere præmissa, ea faciunt in favorem hæretice pravitatis, quare possint à talibus per Inquisitores compelli, & poena debita castigari, tam per captionem personarum, quam etiam alias procul culpa exegerit delinquentis.

Quod autem postmodum quærebatur, quomodo essent puniendi religiosi, qui inveniuntur in hæresim delinque, cum secularibus peccantibus in simili casu, immurationis vel alia poena plebantur: ejus solutio satis patet, cum certum sit tales in hoc & in consimilibus delinquentes gravius etiam secularibus puniendos.

Frequenter etiam vobis ab Apostolica sede committitur, ut tam hæreticos, credentes, receptores, fautores, & defensores eorum, quam ipsorum filios & nepotes, ac illos etiam qui prædictorum interventu vel gratia tale essent adepti, vel affluerentur in posterum, privandi personaribus, dignitatibus & honoribus quibuscumque; ac beneficiis Ecclesiasticis, & officiis publicis, de diocessano, vel eis absentibus vicariorum suorum consilio, habeatis liberam facultatem: quod qualiter intelligi debeat, perivisitis ejusdem sedis oraculo declarari. Hoc sane de filiis & nepotibus illorum credentium, & aliorum huiusmodi, qui modo tales esse probantur, intelligendum esse videtur, non autem illorum, quos emendatos confiteri, & pro culpa huiusmodi ad mandatum Ecclesie penitentiam recepisse, quam ipsi vel jam per fecerunt, vel humiliter prosecutioni ejus insistant, vel parati fuerint dum viverent ad recipendam eandem. Diocesani quoque in privandis talibus sunt generaliter requirendi, nisi forsitan constaret legitime, quod iidem scienter eis beneficia contulissent: tunc enim eos in eis requirendos esse non credimus, sed potius à suo iudice puniendos. Vos agitur hæc & alia contingentia in hac parte commissum

vobis officium sic prudenter & fideliter exequi procuretis, sic ad ea pure propter Deum, cujus causam geritis, vestra feratur intentio, quod labor vester vobis ad vitæ præmium, & aliis ad salutem, quæ solum in talibus quaeritur, proficiat animarum. Dat. Viterbii s. Cal. Octobr. Pontificatus nostri Anno quarto.

Idem ordinis minorum Inquisitoribus.
Excommunicati & facti criminis iure in testimonium admittuntur contra hæreticos.

CAP. VII.

Confuluit nos discretio vestra, utrum illos qui ratione criminis hæreticos, vel alia de causa excommunicationis sententia sunt ligati, contra hæreticos, credentes, defensores, fautores vel receptores eorum, ad testimonium perhibendum admittere, & stare dictis eorum, seu illorum etiam debeatis, qui complices, participes, seu socios ejusdem criminis se fatentur. Quia igitur, si iidem excommunicati non admittentur ad perhibendum testimonium contra tales, & dictis eorum acti sententium non stare, frequenter officium inquisitionis vobis commissum, in dispendium fidei contingeret impediri, quando præsertim vix aut nullo modo potest, nisi per sic fatentes, super hoc veritas apparere, statim in favorem fidei, ut in huiusmodi inquisitionis negotio, dicti excommunicati, contra hæreticos, credentes, defensores, fautores & receptores eorum ad testimonium admittantur, & stent tam illorum dictis, quam eorum, qui, ut prædictum est, socios ejusdem criminis se fatentur, ex verisimilibus conjecturis, quæ ex numero deponentium, vel personarum tam deponentium quam eorum, contra quos deponitur qualitate, ac aliis circumstantiis conjici poterunt, sic fatentes non falsa dicere præsumantur. Datum Lateran. 10. Calend. Februar. Pontificatus nostri Anno septimo.

Leo Decimus, ex Concilio Lateranensi.

Hæreticum est asserere eum rationalem esse mortalem.

CAP. VIII.

Apostolice b regimini sollicitudo nos assidue pulsata, ut mendicis animarum languoribus, quarum nos ex alto omnipotens auctor curam habere voluit, iis potissimum qui instantius fideles nunc urgere cernuntur, salustifero olei & vini medicamine ad instar Samaritanis in Evangelio sollicitam operam impendamus, ne nobis istud Hieremias objiciatur: Nunquid testis non est in Galad, aut medicus non est ibi? Cum itaque diebus nostris (quod dolenter ferimus) zizaniz seminatorum, qui humani generis hostis, nonnullos perniciosissimos errores à fidelibus semper explosos in agro Domini supereminare & augere sit ausus, de natura præsertim animæ rationalis, quod videlicet moralis sit, aut unica in cunctis hominibus, & nonnulli temerè philosophantes, secundum saltem Philosophiam, verum id esse assererent: contra huiusmodi pestem opportuna remedia adhibere cupientes, hoc sacro approbante Concilio damnamus & reprobamus omnes asserentes, animam intellectivam mortalem esse, aut unicam in cunctis hominibus, & hæc in dubium vertentes, cum illa non solum verè per se & essentialiter humani corporis forma existat, sicut in canone sac. rec. Clementis s. Papæ V. prædecessoris nostri in generali Vienna Concilio edito continetur: verum & immortalis, & pro corporum quibus insunditur mul-

a. Inquisitores procedere possunt cum rebus excommunicati, facti & participibus criminis, & aliis defensus habentibus, ut traditur in c. an fidei favorem, de hæresi. an 6. b. Alphonsus de Castro hanc constitutionem commentariis illustravit, & c. Clementis V. in Concilio Viennensi, ut habetur in Clement. tit. 1. de summa trinitate, & fide cathol.

citatis, seu commissis deprehendatur, aut confitebuntur, seu convincantur, cum in hoc inexcuſabiliter ceteris reddantur, ultra sententias, censuras & penas prædictas, sine etiam eo ipso absque aliquo iuris aut facti ministerio suis ordinibus, & Cathedralibus, etiam metropolitani. Patriarchalibus, & Primatibus Ecclesiis, ac Cardinalatus honore, & Cathedralibus, etiam metropolitani, vocata & passiva, omni; auctoritate, ac monasteriis, beneficiis, & officiis Ecclesiasticis, cum cura & sine cura, secularibus & quorumvis ordinum regularibus, quæ ex quibusvis concessionibus & dispensationibus Apostolicis in titulum, commendam, & administrationem, aut alias quomodolibet obtinuerint, & in quibus vel ad quæ jus aliquod habuerint, necnon quibusvis fructibus, redditibus & proventus annuis super similibus fructibus, redditibus, & proventus eius reservatis, & assignatis: Comitatus quoque, Baronis, Marchionatus, Ducatus, Regnis, & Imperio penitus, & in totum perpetuo privati, & ad illa de cetero inhabiles & incapaces, habeantur; pro re lapsis, & subversis in omnibus & per omnia, penitus inde ac si prius hæreticis in iudicio publice abjurassent, nec ullo unquam tempore ad eorum pristinum statum, aut Cathedralibus metropolitani, Patriarchales, & Primatibus Ecclesiis, seu Cardinalatus, vel alium honorem, aut quamvis aliam majorem vel minorem dignitatem, seu vocem adivam vel passivam, aut auctoritatem, seu monasteria, & beneficia, vel Comitatus, Baronias, Marchionatus, Ducatus, Regna, & Imperium restituti, reponi, reintegrari, aut rehabitari possint: quinimo secularis relinquatur arbitrio potestatis, animadversione debita puniendi, nisi apparentibus in eis veræ poenitentia indicis, & condignæ poenitentia fructibus, ex ipsius sedis benignitate & clementia in aliquo monasterio, aut alio regulari loco ad peragendum perpetuum in pane doloris & aqua mollioris poenitentiam restituti fuerint: Quodque pro talibus ab omnibus cuiuscunque status gradus, ordinis, conditionis, & præminentia existentibus, ac quacunq; etiam Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, & primatibus, aut alia maiore Ecclesiastica dignitate, & etiam Cardinalatus honore, seu mundana, etiam Comitali, Baronali, Marchionali, Ducali, Regia, & Imperiali auctoritate & excellentia pollentibus, habeant tractari, & reputari, & ut tales evitari, omni; humanitatis solatio destituti debeant.

Et qui jus patronatus, aut nominandi personas idoneas ad Cathedralibus etiam metropolitani, & Patriarchales ac primatibus Ecclesiis, seu monasteria, vel alia beneficia Ecclesiastica per privationem huiusmodi vacantia habere prætulerint, si illa diuina vacationis exponantur incommodis, sed de servitute hæreticorum erepta, personis concedantur idoneis, quæ illarum populis in semina iustitiae fideliter dirigant, teneantur ad Ecclesias, monasteria, & beneficia huiusmodi alias personas idoneas infra tempus à iure vel eorum concordatis, seu compactis cum dicta sede initis statutum, nobis seu pro tempore existentibus Romanis Pontifici præsentare, alioquin tempore huiusmodi elapso plena & libera Ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum prædictorum dispositio ad nos, & Romanum Pontificem prædictum eo ipso pleno iure devolvatur. Et insuper qui ipsos sic deprehensos aut confessos, vel convictos scilicet quomodo libet recipere, vel defendere, aut eis favere, vel credere, seu eorum dogmata dogmatizare præsumperint, sententiam excommunicationis eo ipso incurrant, efficianturq; infames, sine voce, persona, scriptis, vel nuncio, aut procuratore aliquo ad publica seu privata officia, aut consilia, seu Synodum, vel concilium generale vel provinciale, nec concilium Cardinalium, aut aliquam fidelium congregationem, seu electionem alicuius, aut testimonium petibendum admittantur, nec admitti possint.

Sint etiam interdicte, nec ad hæreditatis successio-

nem accedant: nullus præterea cogatur eis super aliquo negotio respondere. Quod si forsitan iudices extiterint, eorum sententia nullam obtineant firmitatem, nec aliquæ cause ad eorum audientiam deducantur: & si fuerint advocati, eorum patrocinium nullatenus recipiatur: si verò tabelliones extiterint instrumenta confecta per eos nullus sint penitus roboris vel momenti. Et insuper clerici omnibus & singulis Ecclesiis, etiam Cathedralibus, metropolitani, Patriarchali, & Primatibus, ac dignitatibus, monasteriis, beneficiis, & officiis Ecclesiasticis, etiam ut præferatur, qualificari, per eos quomodolibet obtentis, & tam ipsi quam laici, etiam, ut præmittitur, qualificari, & dignitatibus prædictis præditi quibuscunq; Regnis, Ducatibus, dominiis, feudis & bonis temporalibus per eos possessis privati existant eo ipso, Regnaque, Ducatus, dominia, feuda, & bona huiusmodi publicentur, & publicata sint, efficianturq; iuris & proprietatis eorum, qui illa primo occupaverint, si in sinceritate fidei, & unitate sancte Rom. Ecclesie, ac sub nostra & successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium obedientia fuerint.

Adjicientes quod si ullo unquam tempore apparuerit aliquem Episcopum, etiam pro Archiepiscopo seu Patriarcha, vel Primatē se gerentem, aut prædictæ Romanæ Ecclesie Cardinalem, etiam ut præferatur, legatum, seu etiam Romanum Pontificem ante eius promotionem, vel in Cardinalem seu Romanum Pontificem assumptionem a fide catholica deviasse, aut in aliquam hæresim incidisse, seu schisma incurrisse, vel excitasse, aut commississe, promotionem seu assumptionem de eo etiam in concordia, & de unanimi omnium Cardinalium assensu facta, nulla, irrita, & inanis existat, nec per susceptionem numeris, consecrationis, aut subsecutum regiminis, & administrationis possessionem, seu quasi, vel ipsius Romani Pontificis inthronizationem, aut adorationem, seu ei præstitam ab omnibus obedientiam, & cuiusvis temporis in præmissis cursum convalescere possit, nec pro legitima in aliqua sui parte habeatur, nullamque talibus in Episcopos, seu Archiepiscopos, vel Patriarchas, aut Primates promotis, seu in Cardinales, vel Romanum Pontificem assumptis in spiritualibus vel temporalibus administrandi facultatem tribuisse, aut tribuere censetur: sed omnia & singula per eos quomodolibet dicta, facta, gesta, & administrata, ac inde secuta quæcunq; viribus careant, & nullam pro se firmitatem, nec jus alicui tribuant, sintq; ipsi sic promoti, & assumpti, eo ipso absq; aliqua desuper faciendâ declaratione omni dignitate, loco, honore, titulo, auctoritate, officio & potestate privati, liceatq; omnib; & singulis sic promotis & assumptis, si a fide antè non deviasent, nec hæretici fuissent, neq; schisma incurrisserint, aut excitassent, vel commississent, subditis personis tam clericis & secularibus & regularibus, quam etiam laicis, necnon Cardinalibus, etiam qui electioni ipsius Pontificis antea a fide deviaserint, aut hæretici, vel schismatici interfuerint, seu alias confenserint, & ei obedientiam præstiterint, eundem, ad oraverint ac Castellani, præfecti, capitanei, & officialibus etiam almae urbis nostræ, & totius hanc Ecclesiasticæ, etiam eisdem sic promotis, vel assumptis hominibus, seu juramento, vel cautione obligatis & obnoxii, ab ipsorum sic promotorum vel assumptorum obedientia & devotione impune quancunque recedere, eosq; ut magos, ethnicos, publicanos, & hæresarchas evitare, eisdem subditis personis fidelitati & obedientia futurorum Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, Primatum, Cardinalium, & Romani Pontificis canonice intrantis nihilominus stricti remanentibus, & ad majorem ipsorum sic promotorum & assumptorum, si eorum regimen & administrationem continuare voluerint, confusionem, contra eosdem sic promotos & assumptos auxilium brachii secularis implorare, nec propriæ tales ab ipsorum sic promotorum &

assumptorum fidelitate & obedientia praemissorum occasione recedentes, tanquam tunica Domini scissores aliquid censurarum seu poenarum ultioni subiaceant. Romae 10. Cal. Martii. 1558.

Pius Quintus.

Sententia declaratoria in reorum haeresi favorem lata, contra justitiam & solum officii inquisitionis, nunquam transiens in rem judicatum.

CAP. X.

Inter multiplices curas quae animum nostrum assidue possunt, illa in primis est, prout esse debet, ut Ecclesia Dei nobis ex alto commissa purgatis, imò quantum fieri potest, procul exterminatis omnibus haeresibus, & pravis errorum opinionum dogmatibus tuto militare, & tanquam navis in tranquillo mari, sedatis omnibus tempestatum fluctibus & procellis, securè navigare, & ad optatum salutis portum pervenire possit. Cum itaque nos dum in minoribus constituti sanctissimi officii Romani & universalis contra haeticam pravitate inquisitionis negotia pertractarem, tandem ex longo usque arq; experientia rerum magistra cognoverimus, quòd aulti rei delati, & in praedicto sanctissimo officio, seu a libi eorum locorum ordinariis, & haetica pravitate Inquisitoribus processati, ac de haetica pravitate inquisiti falsos testes ad eorum defensionem examinari faciendo, ac compurgatorum de eorum vita & doctrina minime informatum opera & testimonio se juvantibus, ac diversis aliis illicitis modis, excogitatisque dolosis excusationibus & malis praedictum officium sanctissimae Inquisitionis, ceterosque iudices, & etiam Romanos Pontifices deludendo & decipiendo, plures etiam veluti innocentes diffinitivas à praedictis processibus & inquisitionibus absolutorias, & praecedente canonica purgatione eorum assertz bonae & catholicae fidei, vitae & doctrinae declaratorias sententias, seu decreta, ab eodem sanctissimo officio, aliisque locorum ordinariis sive delegatis & inquisitoribus, ac etiam Rom. Pont. praedecessoribus nostris obtinuerunt, seu extorserunt, quas sententias & decreta praefati Romani Pont. etiam cum perpetui silentii impositione, ac inhibitione, ne dictum sanctissimum officium, aut alii inquisitores ad ulteriora procedere possent seu deberent, necnon etiam cum causarum evocatione, ad solum Romanum Pontificem sub cuius protectione submittebantur, aliisque derogatoriis locorum derogatoriis, & efficacissimis clausulis, ac etiam irritantibus, & aliis decretis etiam in forma gratiosa ampliano, per varios & varias eorum motus proprios, ac etiam sub plumbio vel annulo piscatoris expeditas literas, etiam in consistorio seu consistorialiter emanatas, confirmarunt. Unde eveniebat quòd praedicti rei inquisiti sub velamine & tutamine praedictarum sententiarum declaratarum, & literarum Apostolicarum, & praesentis vigore clausulae inhibitoriae contra Inquisitores factae consistentes, clam, & etiam aliquando palam in antiquis eorum erroribus contra fidem catholicam perseverando, nunquam ad gremium Ecclesiae verè redibant, imò cum aliis securè & tanquam catholici convertendo, eorundem aliorum animas corrumpere & inficere, ac in suas haeticas opiniones trahere de facili poterunt, in totius reipublicae Christianae non modicum scandalum & praedictum, praedictorumque delatorum animarum perniciem & iacturam. Nos huic scandalo adeò periculoso & contagioso obviam, dictarumque animarum salutem & alterationem, ac quocumque impedimenta & obstacula, propter quae sancta inquisitio haeticae pravitate quomodocumque & qualitercumque impediretur vel retardaretur, tollere volentes, motu simili, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicae potestatis plenitudine,

in primis omnes & singulas, ac quocumque litteras Apostolicas, sub quacumque verborum forma etiam in praedictis, ac quibusvis aliis causis haeresi, etiam non proprio, & ac etiam consistorialiter, &c. & alia quocumque dolibet emanatas, necnon etiam desuper signatas, seu unum proprium, & alias cedulas quolibet, ad nullum finem, ac juris terminos redactas, necnon praedicti sancti officii Inquisitionis, & aliorum ordinatarum, & delegatorum iudicium adversus praedictos litteras, inhibitiones, ac etiam derogatorias derogatorias, aliasque clausulas quolibet operantes, & quocumque jurisdictionis dispositioni, vel hylodicti officii haec contraria, illas penitus & perpetuo revocantes, has nullas perpetua perpetuoque valitura universali confirmatione omnes & singulas, & quocumque etiam ex copia alicuius innocente absolutorias, vel etiam praecedente canonica purgatione sub quacumque verborum forma declaratorias sententias etiam diffinitivas, & decreta in consistorio inquisitorum & delatorum favorem per praedictum sanctissimum officium, aliosque iudices ordinarios delatatos, ac etiam Roman. Pontifices latas, & lata, non futurum per nos etiam & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes ferendas, & ferendas, nunquam fecisse, nec in futurum posse ferri volumus in rem judicatum, Apostol. auctoritate declaramus, & decernimus, statimus & ordinamus, praesentibus sententias & decretis, & quantumcumque per litteras Apostolicas etiam in forma gratiosa, etiam retractis vel non retractis à pluribus Romanis Pontificibus emanatis, confirmatis, vel confirmandis, cum praedictis, vel aliis quolibetque etiam derogatoriis derogatoriis, ac etiam inhibitionibus, aliisque clausulis & decretis, necnon inhibitionibus, ac etiam in canonicis functionibus quocumque unum & singulorum, aliorumque praemissorum, & aliorum quatorum tenores, ac si de verborum & verborum in praesentibus, haberi volumus pro evocatis, ac retractis insertis, ceterisque in contrarium fructibus quocumque non obstantibus, per praedictum sanctissimum officium sanctae Inquisitionis ac dilectos filios moderatos, & pro tempore existentes sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales haeticorum pravitate inquisitores, & super dicto officio nunc & pro tempore deputatos, contra eosdem, & eos delatos, & inquisitos etiam si fuerint, & cum Episcopis, Archiepiscopis, Patriarchis, Primatibus, quibusdam sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, Legatis, etiam de latere, Comes, Barones, Marchionibus, Ducibus, Regibus, Imperatoribus, tam de antiquis, quam novis etiam super eorum articulis receptis, vel recipendis rebus, aliisque argumentis, probationibus, & iudiciis, iuxta facultatem eadem Cardinalibus Inquisitoribus per nos & quocumque praedecessores & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, ac sedem Apostolicam quocumque dolibet concessas & datas, ac in futurum respectu praedictas & concedendas denuò inquiri & processu praedicti debere etiam, in omnibus & per omnia, penitus ac irrita, & praedictae sententiae, decreta, & litterae Apostolicae, ac canonicae purgationes in praedictorum reorum derogatorias & Inquisitionum, etiam Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, Primatum, Cardinalium, Legationum, Comitum, Baronum, Marchionum, Ducum, Regum, Imperatorum favorem non emanassent, non per praesentem supervenientibus iudicis eisdem vel laterali officii haeresi tempus praeteritum etiam relapsae, vel praesentis apparet per aliqui iudicia, quòd alicuius modo praesentis ipse delatus vel inquisitus fuerit absolutus, eadem Apostolica auctoritate volumus perire, & emanatas & Concedentes eisdem Cardinalibus Inquisitoribus, & pro dicto sacro sanctissimo Inquisitionis officio nunc & pro tempore deputatis plenam, liberam, amplam, & omnimodam facultatem potestatem & auctoritatem, & facultatem huiusmodi etiam auctoritate circumscriptam universali



Concilii Tridentini decimas revidendi, ac in statu & terminis in quibus ante praedictas sententias & decreta, ac etiam canonicas purgationes quomodolibet reperiebantur, recurrendi, sineque debito terminandi, prout in aliis causis pendens eorum facultates sit, fieri; potest, & conuenit: Et in super vestigijs felic. rec. Pauli Papae IV. praedecessoris nostri inharendo Constitutionem alias contra haereticos & schismaticos per eundem Paulum praedecessorem, sub data videlicet Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo, 15. Cal. Martii, Pontificatus sui anno quarto editam, tenore praesentium renovamus, & etiam confirmamus, illamque inuoluntate, & ad unguem observari volumus & mandamus, iuxta illius seriem atque tenorem. Et sic in omnibus & singulis praedictis censeat, ac ita per praedictos & quoscumque iudices, &c. sublata, &c. iudicari, &c. debere. Irritum, &c. perpetuo decernimus & declaramus.

TITVLVS IV.

DE LIBRIS PROHIBITIS.

Iulius Tertius.

Hebraeorum utrumq; Thalmud, multis partibus, commentis, & blasphemis in Christum & fidem Christianam repletum, damnatur.

CAP. I.

Iulius Papa III. universis & singulis venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectissimis aliis locorum ordinariis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum sicut nuper non sine animi nostri molestia accedimus, licet alijs venerabilibus fratribus sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus haereticam pravitate in universa republica Christiana Inquisitores generales certum Hebraeorum librorum volumina, Genethoth a Thalmud nuncupatum, nonnulla indigna, & legem divinam, orthodoxamque fidem offendenda continens, de mandato nostro damnaverint, & igne comburi fecerint: nihilominus inter ipsos Hebraeos adhuc esse dicantur diversi libri, diversae contra Christum Redemptorem nostrum, eiusque sanctissimum nomen & honorem blasphemias & ignominias continentes. Nos in praemissis opportune providere volentes, vobis, & vestram cuilibet per praesentes committimus & mandamus, quatenus singulis universitatibus Hebraeorum infra limites jurisdictionis vestrae consistentibus ex parte nostra intimeris & notificetis, quod elapsis quatuor mensibus a die intimationis & notificationis huiusmodi, omnes & singuli libri, in quibus nomen Iesu Salvatoris nostri, quod Iesui hanaozri dicitur, cum blasphemias aut alias ignominiosas nominatur, tam in eorum Synagogis & locis publicis, quam privatis domibus, & alijs ubiq; locorum diligentissime requirantur, & quilibet librorum huiusmodi penes se, quoquo modo habere reperi fuerint, debitis poenis, tam pecuniariis & confiscationis honorum, quam si eorum contumacia aut qualitas delicti id exegerit, corporis etiam ultimi supplicii, ac alias prout a fide Christi apostatantes puniuntur, irremissibiliter puniantur, & nihilominus eidem quatuor mensibus elapsis per vos, vel alium seu alios, quos ad hoc duxeritis deputandos, libros huiusmodi cum omni diligentia inquiratis, & studiosè investigetis, inquirat; & investigari faciatis, & eos quos

a Libro Thalmud, ut omnia contumelia & blasphemias genere repleto in veritatem Christianam, damnant Gregorius IX. & Innocentius IV. & exuri mandantur, propterea quod multi & horrendis haereticis, fateret. Veritatem hodie recognovit & expurgavit Tridentini Concilii decreto volentibus.

libros huiusmodi penes se habere reperiitis, poenis quibus apostatantes praefati puniuntur, omnino & irremissibiliter puniatis: Non permittentes de cetero eisdem Hebraeos (qui in memoriam passionis Dominicae a sancta matre Ecclesia tolerantur, ut aliquando mansuetudine nostra alleciti ad verum Christi lumen divino afflante spiritu, convertantur) a quibusvis etiam Apostolica auctoritate fungentibus, occasione cuiusvis fortis librorum apud eos existentium (dummodo blasphemias, ut praefertur, non contineant) nisi de nostro expresso mandato, quomodolibet vexari aut molestari: Contradictores quolibet & rebelles, ac vobis in praemissis non parentes, per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias arbitrio vestro moderandas & applicandas, ac alia oportuna iuris remedia, appellatione postposita, compellendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus, sententias, censuras, & poenas praedictas etiam iteratis vicibus aggravando: invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Romae 29. Maji, Anno 1554.

Idem.

Inquisitoribus exceptis, omnibus prohibetur haereticorum librorum lectio.

CAP. II.

Cum meditatio cordis nostri ad id potissimum tendat, ut fides catholica ubique augeatur, & floreat: ad ea libenter intendimus, per quae omnia ea de declinandi occasio tollatur. Sanè cum sicut nobis nuper innotuit ex facultatibus, quae aliquibus ut libros haereticos aut de fide suspectos, etiam ad effectum eorundem librorum errores repellendi, tenere & legere possent, aliquando concessa fuerunt, non iam qui sperabantur fructus haecenus provenierint, quinimo diversa inconvenientia subsecuta sunt: Nos praemissis occurrere, & Christi fidelium animarum saluti consulere cupientes, motu proprio, non ad allecitus nobis super hoc oblatam petitionis instantiam, sed de nostris certa scientia & matura deliberatione, omnes & singulas facultates & licentias legendi & tenendi libros Lutheranos, aut alios haereticos, seu de fide suspectos, quibusvis personis cuiuscunque status, gradus, ordinis vel conditionis existentibus etiam si Episcopali, vel Archiepiscopali, aut alia maiori dignitate Ecclesiastica, seu praerogativa praefulgeant (Inquisitoribus seu commissariis super haereticam pravitate ab Apostolica sede pro tempore deputatis, durante ipsa deputatione, dumtaxat exceptis) a quibusvis praedecessoribus nostris, ac nobis, & dicta sede Apostolica, seu eius legatis, etiam de latere, aut maiori poenitentiario nostro, vel quibusvis alijs, sub quibuscunque verborum formis & expressionibus, ac eum quibusvis etiam derogatoriis derogatorijs clausulis, irritantibusque & alijs decretis quomodolibet etiam motu & scientia similibus haecenus concessas, Apostolica auctoritate tenore praesentium revocamus, irritamus, & annullamus, & pro revocatis, irritis, & penitus infectis quoad omnia habemus, & ab alijs haberi volumus: Distinctius inhibentes personis praefatis sub sententijs, censuris, & poenis contra fidei canonibus, quam a nobis & sede Apostolica haecenus inflicis & promulgatis, ne de cetero facultatibus & licentias praedictas uti, aut earum pretextu, seu alias quomodolibet libros praedictos, aut quoscunque alios haecenus reprobatos, aut in futurum reprobandos tenere aut legere praesumant: Et in super omnes & singulos librorum impressores, bibliothecarios, ac libros quomodolibet vendentes, & quoscunque alias personas, libros Lutheranos, aut alios haereticos, seu Lutheranos, aut aliam falsam doctrinam in se continentes, vel a nobis & dicta sede quomodolibet, reprobatos, ex quavis causa etiam ex nostra & dictae sedis speciali licentia seu permissione penes se habentes, cuiuscunque status, gradus, ordinis, vel conditionis, aut praerogativa existant,

R.R.R.

etiam si, ut praefertur, Pontificali aut alia quacunque etiam majori Ecclesiastica vel mundana dignitate praefulgeant (dignis inquisitoribus & commissariis, ut praefertur, exceptis) dicta Apostolica auctoritate, & earundem tenore praesentium requirimus & monemus, ac eis & eorum cuilibet in virtute sanctae obedientiae, & sub incursu haereticis ac omnibus contra haereticos de iure inflicti & promulgatae Ecclesiasticae quam temporalibus sententiarum, censurarum, & poenis, districte praecipiendo mandamus, quatenus infra spatium sexaginta dierum à die publicationis praesentium, modo & forma infra scriptis faciendae computandorum, quorum viginti pro primo, & alios viginti pro secundo, ac reliquos viginti dies pro tertio & peremptorio termino ac monitione canonica eis & eorum cuilibet in his scriptis assignamus: omnes & singulos libros Lutheranos, aut alios haereticos, seu Lutheranos aut aliam falsam doctrinam in se continentes, vel à nobis & dicta sede quomodolibet reprobatos, penes se eos ex quavis causa, etiam mercaturae, & ex nostra ac eiusdem sedis permissione ac licentia etiam speciali, ut praefertur, existentes, Inquisitoribus, haereticis pravitatis in civitatibus, in quibus libri huiusmodi existunt, consignare debeant realiter, & cum effectu. Ro. 3. Cal. Maji. 1550.

Leo Decimus, in Concilio Lateranensi.

Libri typis non cunctantur nisi eorum editioni suffragetur ordinarius auctoritate & approbatio.

CAP. III.

Inter sollicitudines nostris humeris incumbentes, perpetua cura revolvimus, ut errantes in viam veritatis reducerent, ipsosque lucrifacere Deo (sua nobis cooperante gratia) valeamus: hoc est quod profecto desideranter exoptamus, ad id nostrae mentis sedulo destinamus affectum, ac circa illud studio diligentia vigilamus. Sanè licet literarum peritia per librorum lectionem possit facilliter obtineri, ac ars imprimendi libros, temporibus potissimum nostris, divino favente numine, inventa seu aucta & perpolita, plurima mortalibus attulerit commoda, cum parva impensa, copia librorum maxima habeatur, quibus ingenia ad literarum studia per commode exerceri, & viri eruditi in omni linguarum genere, praefertim autem catholici, quibus sanctam Romanam Ecclesiam abundare affectamus, facillè evadere possunt, qui etiam infideles sciant & valeant sacris institutis instruire, fideliumque collegio, per doctrinam Christianae fidei salubriter aggregare: Quia tamen multorum querela nostrum & sedis Apostolicae pulsat auditum, quòd nonnulli huius artis imprimendi magistri, in diversis mundi partibus, libros tam Graecæ, Hebraicæ, Arabicæ & Caldae linguarum in Latinum translatos, quam alios, Latino, ac vulgari sermone editos, errores etiam in fide, ac perniciosa dogmata etiam religioni Christianae contraria, aut contra formam personarum etiam dignitate praesument, ex quorum lectura non solum legentes non edificantur, sed in maximos potius tam in fide, quam in vita & moribus prolabantur errores, unde varia saepe scandala (prout experientia rerum magistra docuit) exorta fuerunt, & majora indices exortiri formidantur. Nos itaque ne id quòd ad Dei gloriam, & fidei augmentum, ac bonarum artium propagationem, salubriter est inventum, in contrarium convertatur, ac Christi fidelium salutis detrimentum pariat, super librorum impressione curam nostram habendam fore duximus, ne de cetero cum bonis feminibus spinae coalescant, vel medicinis venena intermiscantur: Volentes igitur de oportuno super his remedio providere, hoc sacro approbante Concilio, ut negotium impressionis librorum huiusmodi cò prosperetur feliciter, quòd deinceps indago solentior diligentius & cautius adhibeatur: Statuimus & ordinamus, quòd

de cetero perpetuis futuris temporibus, nulli omnino alicuique, seu aliam quacunque scripturam, seu librum nostram quam alii quibuslibet civitatibus & diocesis, imprimere, seu imprimi facere praesumatur, nisi prius habeat per Vicarium nostrum, & sacri Palatii magistrum, vel alios vero civitatibus & diocesis, per Episcopum, vel alium habentem peritiam scientiam, libri seu scripturae huiusmodi imprimendae, ab eodem Episcopo vel a Vicario, ac Inquisitorem haereticis pravitatis contra litteras, diligenter examinentur, & per eorum manus potestatis subscriptionem, sub excommunicationis sententia gratis & sine dilutione imponendam, approbentur. Quod autem focus praesumptus, ultra librorum impressionem amissionem, & illorum publicam combustionem, ac conductorum fabricae basilicae Primatus Apostolice sedis, sine spe remissionis suspensionem, excommunicationis sententia innotatus existat, ac denum magis contumacia taliter per Episcopum suum, vel Vicarium nostrum respectivè, per omnia iura, remedia obsequia, quòd alii eius exemplo similia minime atterere praesumant. Rom. 4. Martii. 1550.

Fius Quartus.

Revocatur licentia auctoritate praefatae huiusmodi fides, librorum suspecta fidei legendi, nisi auctoritate approbata.

CAP. IV.

Quia in futurorum eventibus adeò humani fallit incertitudo iudicii, ut quòd verissimè creditur utile videbatur, progressu temporis damnum appareret: nonnunquam Romanus Pontifex, quòd consilium tutum esse videbatur, consultis revocavit, proinde licentias & personarum qualitate pensata in Domino confidit salubriter expedire: Immo quoniam nobis, quòd verè tam clerici seculares, & diversorum ordinum regulares, quam laici, qui se Lutheranos & alios huiusmodi haereticos existere, & eorum errores & fallas opiniones constitare posse praesument, & ad hoc ipsorum librorum legendi facultatem sibi à sede Apostolica concessi extorserant, sektionem librorum huiusmodi desiderant, ut proprie innotent praesentibus, & contra Domini viam aberrantes, ipsorum haereticorum sententias & superstitiosas falsas adventionibus iterum renoventur, & qui alios ab erroribus revocare tenent, abstrahantur, ipsi in purum interitus prolapsum. Nos considerantes, quòd Spiritus ubi vult spirat, & quòd ipse eius numine nullum bonum prociat, progressus tunc esse cum simplicitate cordis ad eum recurre, & cum eius adiutorio orthodoxam fidem in catholicis & sancta Romana Ecclesia approbatis libris exponant, quàm fallitates haereticorum per lectionem eorum librorum detegere velle; volentes praesentibus, quantum cum Deo possimus, occurrere. Auctoritate de cetero coningant, oportune providere, ut licentias singulas licentias & facultates legendi librorum haereticorum, seu de haereticis suspectos, aut à nobis, seu quibuslibet haereticis pravitatis in singulis provincis, aut legationibus deputatis Inquisitoribus damnatos & reprobatos, quibus tam clericis seculares, vel, ut praesentibus, regularibus, quam laicis cuiuscunque status, gradus, ordinis conditionis, & praesententiae existat, seu Cardinalatus honore, vel mundana etiam Mandata, Ducali, Regia, vel Imperiali auctoritate, seu excommunicatione praesumentibus, generalibus inquisitoribus per litteras decessores nostros, ac nos, etiam viva voce expressis, sedem praedictam, seu eius potentiam, seu alios, etiam vel quovis ordinarios, aut diocesanos, seu alios, etiam